Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift

corrigaris. Sic & adulterae. Nec ego te damnabo. Si facta
secura de preterito. caue futura. nec ego damnabo. Deleui quod com
isisti. obserua quod precepi. ut inuenias quod promisi. Sermo xxxiii.
Ab eo quod dictum est ego sum lux mundi qui sequitur me
non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitae.
Vox omnino auditionis et intentionis
accepimus cum secundum euangelium legeretur non dubito quod
omnes etiam intelligere conati sumus. Et quisque nostrum de re tam
magna quae lecta est pro suo modulo cepit quod potuit. Et po
sito pane ubi nemo est qui se gratum nichil gustasse. Si uero non dubito.
quia difficile quisquam est qui totum intellexerit. Tamen etiam sic quoniam ubi
dominus noster iesus christus in euangelio recitata satis intelligat. toleret
ministerium nostrum. quisque si possumus illo adiuuante tractando fa
ciamus. ut omnes uel multi intelligant quod se pauci intellexisse le
tantur. Quod autem dominus. ego sum lux mundi. clarum puto esse eis qui habent
oculos unde hui lucis participes fiant. Qui autem non habet oculos
in insola carne mutatur quod dictum est a domino iesu christo. ego sum lux mun
di. Et forte non desit quidicat apud semet ipsum. Nunquid forte dominus est christus
sol iste. quortu occasu pagit die. Non defuerit enim heretici.
quia sensuerit. Manichei solem istum oculis carnis uisibile expositum.
et publicum nitantum hominibus. sed etiam pecoribus adiuidendum. christum
dominum esse putauerunt. sed catholica ecclesia et recta fides impugnat tale
commentum. Et diabolicam doctrinam esse cognoscit. nec solum cognoscit
credendo. sed unquam potest euuncit etiam disputando. Impugnemus itaque
huiusmodi errorem. quem sacra abiuncio anathematis habuit ecclesia.
Harbitrem dominum iesum christum hunc esse solem quem iudeum oriri ab
oriente occidere in occidente. cui cursum nox succedit. cui
radium nube obumbratur. Qui certe de loco in locum motione com
migrat. non hoc dominus christus. Non est dominus christus sol factus. sed per quem sol
factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Est
enim lux. et fecit hanc lucem. hanc amemus. hanc intelligere cupiamus.
ipsam sicamus. ut ad ipsam duce ipsa aliquando ueniamus. In illa
uita uiuamus. ut nunquam omino moriamur. Ista enim lux est. de qua
prophetia olim premissa uita in psalmo cecinit. Homines et iumenta
saluos faciet domine. sicut multiplicata est misericordia tua deus.